

EPISTOLAE VIVIS.

Gratiarum
notio.

A Egrotasse te legi sanè quàm inui-
tus, conualuisse libentissimè. Mi-
hi verò nouum non est, quotidie ali-
quid vel audire, vel legere, factum di-
ctumue abs te pro dignitate nostra, cū
apertissima significatione incredibilis
non amoris solū, sed venerationis etiā
cuiusdam erga te meæ. Itaque quū sint
hæc tua quotidiana, nō cōmittā vt per
vnas aut alteras literas in gratiis agē-
dis perfunctus mihi videar officio gra-
titudinis. Si tui perpetua gratitudine
perpetuū beneficiū cōpensare, vt quod
vnum semper possum, semper præstē:
nempe gratiam habere quo nihil est si-
mul facilius, simul pulchrius, vt iā ve-
rum non sit quod apud Græcos prouer-
bio celebratur, pulchritudini proposi-
tam difficultatem. Vale.

Vives Io. Claymondo S.

Nihil erat opus epistola proficis-
cente istuc Barchero nostro, qui
res